



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 57. Joannis Baptista Spinola Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](#)

forti animo, ne tantum honorem ac- Sæc. XVIII.
A.C. 1719.
ciperet, obstitit, nunquam tamen suas
dotes & labores in Sedis Apostolicæ
obsequium consecrare prætermittens,
ab ipso Clemente XI. in gravissimis ne-
gotiis, reconciliando Josepho Impera-
tore, Carolo in Hispaniæ Regem de-
clarando, & componendis cum Hispana
Aula controversiis utiliter adhibe-
batur: Demum vero laboribus & senio
fractus, quinquagenarius Cardinalis,
& per quatuor annos S. Collegii Deca-
nus die vigesima tertia Februarii anno
ætatis octogesimo octavo Romæ mor-
talitatis stadium complevit. Cadaver
ejus Florentias delatum in Ecclesia PP.
Carthusianorum quiescit, illius vero
exequias P. Ludovicus Lanchi Ferrariæ
elegantissima oratione funebri hono-
rabat.

§. LVII.

Joannes Baptista Spinola Cardi- nalis mortuus.

Postremus ex Cardinalibus eodem an-
no defunctis erat Joannes Baptista
Spinola ex perpetua Genuensium fa-
milia, Genuæ natus. Hic Romæ lite-
ris excultus, unacum Patruo suo Julio
Spinola Apostolico apud Cæsarem Nun-
tio Viennam delatus, Imperatoris ho-
nora-

Sæc. XVIII. norarius cubicularius proin Eques
A.C. 1719. reæ clavis erat. Romam vero reveritus
atque inter Romanæ Curiæ Præfatus
cooptatus, a Clemente X. primo Tibo-
ritanus, postea Fanensis, ac demum
Asculanus Gubernator dicebatur: In-
vero Romam denuo redux, ab eodem
Pontifice in Congregatione sacræ Con-
sultationis suffragium tulit, postea in
Alexandro VIII. eidem Congregatione
a secretis esse meruit, quo in munera
tantam sibi justitiæ, & temperatæ in-
pletendis sceleribus severitatis famam
comparavit, ut Patruo suo Joanni Bo-
ptistæ ultro cedenti in Romani Guber-
natoris munere succederet, nimiamque
præfati sui Patrui facilitatem opponi
austeritate corrigeret. Hoc maxime
arduum munus per quinque omnia
annos non sine multorum invidia, et
restitutam tamen Urbi securitatem li-
bertatemque cum tanta nominis laude
administrabat, ut ab Innocen-
tio XII. Cardinalis Diaconus tit. S. Ce-
farei, Bononiensis Legatus, & S. R. E.
Camerarius renuntiaretur. Mortuo hoc
Papa Joannes Baptista in sacris con-
tiis primus Clementi XI. Pontifici neo-
electo debitum præstítit obsequium, et
jusque digito Piscatoris annulum inle-
ruit: quoniam vero indefesso suo studio
ac integritate Pontificium ærarium fa-
licitat-

liciter restituit, & corruptelas, quæ ex Sæc. XVIII.
injusta consuetudine irreperant, radi- A.C. 1719.

Præfule
no Tibo
demun
ar: Ind
o eoden
ræ Con
ostea u
egation
munes
eratæ n
famam
anni Be
Guber
niamque
oppollin
maxime
omniu
dia, ob
ratem
inoris fa
Innocen
t. S. Ce
S. R. E
rtuo ho
is com
fici ne
ium, e
um int
io studio
rium fa
licitat

icitus evulsit, aliunde vero mira rerum gerendarum dexteritate ac prudentia clarus exstittit, hinc a Clemente XI. maximi habitus, quinque sacris Congregationibus adscriptus fuit. Erat insignis eruditorum fautor, & Cæsari, necnon Austriacæ Domui addictissimus, unde pro Carolo III. in Hispaniæ Regem agnoscendo, necnon componendis dissidiis ob Comaclensem Urbem exortis suffragium tulit: publicis etiam Ecclesiæ Urbisque Romanæ necessitatibus occurrere intentus, Genuam profectus ingentem pecuniarum vim pro bello Turcico mutuam sumpxit, & pro coemendo frumento unacum Negronio Cardinale totam pene Italiam peragravit: Eadem quoque quatuor Franciæ Episcopi suæ appellationis acta transmisere, quæ etiam summo Pontifici tremula manu porrexit. Tandem podagræ vehementia omnes Medicæ artis conatus eludente, die decima nona Martii anno ætatis septuagesimo tertio nondum exacto Romæ naturæ debitum exsolvit, sepultus in Ecclesia S. Andreæ: Facultates ejus relictæ ad plusquam trecenta aureorum millia ascenderunt, quorum tamen potissimum par-

tem

Sæc. XVIII. tem Nepoti suo consignari, reliqu
A. C. 1719. vero piis operibus impendi jussit.

§. LVIII.

*Principes atque Illustres hoc anno
mortui.*

*Vid. supra t. 69. p. 785.
Cimarol. pag. 770.
Dorfann. Journal t. I. pag. 456.*

Inter Principes, qui hoc anno in mortis prædam cessere, numeratur Petrus Petrowicius Magni Moscoviae Ducis ex secundo conjugio Filius, quem Moscoviae designatus Monarcha Successor vix quatuor annos natus, die sexta Maij Petroburgi obiit. Die octaua quarta Augusti Eberhardus Fridericus Dux Wirtenbergicus vivis vobis dixit. Hujus fatum præcesserant Fridericus Guilielmus Dux Holstato-Bickensis religione Catholicus, qui anno ætatis suæ trigesimo septimo die vigesima sexta Junii in Siciliæ Regno a vulneribus in conflictu acceptis decepit: Maria Ludovica Elisabetha Ducula Bituricensis die vigesima prima Julii die octava Junii Wilhelmus Ernestus Ernesti Augusti Ducis Saxo-Vincentie Filius, die quarta Aprilis Maria Ernesta Princeps vidua Eggenbergiana nata Princeps Schwarzenburgica: die decima sexta Julii Dux Schombergius die trigesima prima Augusti Ludovicus Carolus Regis Borussiae filius, die secunda ejus.

CLEM
ejus
nisl
Dux
ceps
die v
billia
viens
quint
Marc
meric
Chev
Poet
defun
tespa
tum,
quæ
propo
batil
fimo
N
tis fu
rat C
maga
noni
die v
dece
tum
cum
conv
nec
appe
chie
Hij